**S**alomon ubi ait. Qui nimis emundat  
ehic sanguinem. Quia propter prelatu-  
misitatem ad temperamentum nimis  
severitatis tria debent specialiter incli-  
nare. sii ipm consideratio. dominum in-  
crepatio. et eiusdem communatio. De  
primo ad galathas. 6. fratre si pre-  
occupatus fuerit homo id est impreuden-  
ter laplus in aliquo delicto. In uno  
dico non in multis. Instruente huius  
moi in spiritu lenitatis considerans te  
ipm ne et tu tempteris. id est permitten-

te deo. in simile cadas. **N**ihil enim  
tantum inclinat ad misericordiam  
sicut proprii periculi consideratio. **H**e  
cundum est domini increpatio. unde  
dicitur per ezech. 34<sup>o</sup>. loquens pastori  
bus. Cum austoritate imperabatis eis  
et cum potentia. et disperse sunt ones  
mee. **T**ertium est eiusdem domini  
commissio. unde. Jere. 27<sup>o</sup>. Ce pasto  
ribus qui dispergunt et dilacerant.  
gregem palee mee. **E**t ibidem. Vos  
dispergitis gregem meum et elecistis  
eos. et non usitatis eos. Ecce ego  
usitalo super uos malitia in studioru  
morum. **H**it ergo in boni correctoris  
pectore uirga distinctionis qua feriat.  
**E**t cum psalmista dicat. Virga tua et  
baculus tuus. ipsa me consolata sunt  
ps. 22<sup>o</sup>. **H**it ergo et in boni correctoris  
pectore etiam baculus consolationis

quo leniat. **E**xemplo beati Job qui di-  
cit. 29. capitulo. **C**um sederem quasi  
rex. circumstante exercitu eram tamen  
merentium consolator. **H**ic ergo uulne-  
ribus illius qui incidit in latrones.  
**S**amaritanus unum et oleum insu-  
dit. **I**n uino distinctionem correcloris.  
**I**n oleo mollitiem intellige consolatiois.  
**E**t tantum de primo principali. **D**ixi  
et breuiusque secundo q[uod] in uerbis pre-  
missis complectitur notabiliter conside-  
randa. uisitationis euidentis utilitas.  
**I**sta autem ut finem loquendi tribuan-  
t est triplex scilicet oppressorum et infirmo-  
rum consolatio. neglegtorum et de-  
formatorum reformatio. Dubiorum de-  
nique ac timidorum assecuratio. **D**icitur  
igitur utilitas uisitationis est oppres-  
sorum et infirmorum consolatio. **N**am  
sicut filii israhel cum esset oppressi

**Lxxvij.**

79

uigo pharaonis, uisitati sunt a domino  
per moylen. Exodi 3<sup>o</sup>. Videns iudi af-  
flictionem populi mei re. Et infra. Vi-  
sitas uisitau uos. et luce prumo. Bene-  
dic tus dominus deus israel qui uisi-  
tanit et fecit redemptionem re. Hic et  
dominus uisitator oppressos iniuste de-  
bet redimere. et pacem eis restituere di-  
centibus sibi oppressis. Cenit domine in-  
sistare nos in pace. Maxima autem cura  
uisitatori esse debet ut infernis prou-  
deatur. ne sibi dicatur in iuditio. Infir-  
mus sui non uisitasti me. Secunda  
utilitas uisitationis est erectorum re-  
formatio. i. Regum. 11. dixit yesse ad  
dauid. Fratres tuos uisitabis si recte  
agant et cum quibus ordinati sunt  
dilce. Et cum psalmista dicere debet  
dominus uisitator Si dereliquerint  
filii eius scil' abbatis uisitandi Regem



. p. 112.

meam id est certam iustitiae eis prius  
traditam. Visitabo in iuris iniurias  
eorum. scilicet. Sed misericordiam meam non  
dispergam. Namque nocebo in ieritate  
mea. psalmo. 88. Tertia utilitas iusti-  
tiae est dubiorum assecratio. Quia  
enim nemo scit utrum odio vel amore  
dignus sit. Eccl. te. 9. Securi sumus  
quod illa que facimus ad mandatum super-  
riorum meritoria sunt et deo accepta-  
si saltem ex corde facimus. unde Math.  
10. Qui uos audit me audit. Et Job. 1.  
Quid est homo. quia iustitas eum. aut  
quid apponis erga eum cor tuum. qui  
diceret. Quid est homo quod tantum ipm  
reputas. ut notum satias tibi per iusta-  
torem voluntatem tuam. Et beatissimi  
pater noster Bertr. doctor melius in  
libro de precep. et dispen. Quicquid  
uice dei precipit homo. quod non sit cer-

•lxix.

80

tum displicere deo. **H**aut secus accipi  
endum quam si precipiat deus. **Q**uid  
enim intereat an per se. aut per suos.  
ministros. sive homines. sive angelos.  
hominibus suum **I**mitatescat benepla-  
citum deus. **V**e igitur iustitoribus  
si non dixerunt dicenda. et non cor-  
ripuerint emendenda. **N**relati enim  
ut dicit ysidorus ppter subditorum ini-  
quitatem damnantur. si eos aut igno-  
rantes non erudiunt. aut non arquunt  
delinquentes. **R**am ad ipos respicit  
ex auctoritate iustatoria requirere  
qd' frachum fuerat alligare. qd' infir-  
mum fuerat consolidare. qd' pingue  
et forte est in suo iugore conseruare  
ut tandem deus omnipotens in omni-  
bus glorificetur qui est super omnia  
benedictus et laudabilis et gloriolus  
in seculorum. a . m.e.n.

**V**ollaciuncula domini ultiatoris  
infra festa **I. Natalis**  
domini

**P**ostores erant vigilantes &  
custodientes vigilias noctis  
supra gregem suum. Eari-  
sum. Ex officio et debito vero  
sollicitudine paterna accinguntur. ulti-  
re et uidere si cuncta prospera sint apud  
uos. Quia ex quo secundum apostolum non  
habemus hic manentem ciuitatem sed  
futuram inquietum. Et quia in via su-  
mis quid nobis tanquam viatoribus o-  
agendum sit persuadet unicuique enim  
beatissimus pater noster Bernhardus dices.  
Quiam tuam cotidiana discussione  
examina. Attende diligenter quantum  
proficiis. quantum deficiis. et qualis es  
in moribus. qualis in sermonibus. qua-  
lis in actionibus uel affectiōibus.

.lxix.

et quantum deo similis. aut dissimilis  
qui nobis dicit. **D**iscite a me quia mi-  
nis sum et humiliis corde. **B**eatius au-  
gustinus hortatur ad sancte uiuendiz  
et dicit. **C**onsideret homo qualitatem  
et quantitatem sui criminis. **E**t huic  
discussione quantum potest immoret  
purgans lacrimis omnem qualitatem  
mej et defleat iactutem qua interum  
caruit. **T**olane sunt qm plurimi. qui  
non curant falsa uiramenta. non com-  
messiones et potationes inordinatas  
dilatata habentes. conscientiam qui  
non ponderant nisi grossiora mortalia  
peccata. sed de communibus non curant  
quia sine timore dei uiunt. **N**am si  
bibunt non curant inebriari. si com-  
mouentur omnia uolunt vindicare  
si emunt uel uendunt ex astu quolibet  
possunt. lucro student. **E**t talibus

periculosa est eorum sit lata conscientia.  
Ergo in omnibus actionibus nostris debemus  
recursum habere ad deum et ad  
passionem Christi. Et debemus dicere cum  
psalmista. Voce me domine facere uolu-  
litudinem tuam. ut scilicet habeam purita-  
tem in corde. ueritatem in ore. sincerita-  
tem iusticie in opere. ut meditatio mea  
sit bona. locutio mea uera. operatio uero  
mea sit uista. hoc est. ut proprium meum  
peccatum mihi displiceat. Et alieno pec-  
cato non consentiam. ut omnibus pos-  
sim esse dulcis. nulli gravis. Utens am-  
eo ad gratiam. Inimico ad patientiam.  
Cumque sis ad benevolentiam. et quibus o-  
possum ad beneficentiam. De tali bona  
et tranquilla conscientia dicit Beatus  
pater noster Bernhardus. Si illocundus  
nihil equi securius bona conscientia. Nun-  
quid corpus. trahat inmundus. terreat dia-

•lxvij.

82

bolus. Illa semper est secura. Et talis se-  
curitas et leticia bone conscientie paradi-  
sus est anime. Sed esto ut dicit Sene-  
ca. Nunquam nascitur uera leticia nisi  
ex pura et bona conscientia. Quomodo  
igitur perueniemus ad bonam et puram  
conscientiam. hoc docet breuiter beatus  
pater noster Bernhardus dicens. Duo fa-  
ciunt ad bonam conscientiam de prete-  
ritis malis penitere. et a futuris malis  
abstinere. Ad idem Hugo dicit. Dumi  
preterita et fuge futura. Et si peccatum  
santis non consentias. et erit pura con-  
scientia. Hic ergo nobis preceptorum  
dei assueta meditatio. meditatione enim  
mandatorum celestium operis boni usus.  
inolevit. Hic plane opus nostrum bonum  
non ex necessitate. non cum uero  
atque tristitia sed ex uoluntate libera cum  
omni caritate et gudio. Prestante



domino nō pro nobis recenter nato. cui  
canunt angeli gloriam et nobis pacem  
Qui uiuit et regnat unacum patre et  
sancto spiritu in eterna secula seculorum  
a m e n

**L**ollaciuncula domini uisitatoris  
infra octauas Epiphaniarum

**O**stulerunt magi domino aur  
thus et mirram. **M**ath. q.  
Carissimi. Redemptor noster  
dominus ihūs. uolunt non so  
lum ad terras descendere. sed etiam inno  
tescere. non solum nasci sed et agnosciri  
deinque propter hanc agnitionem dies isti  
celebres habentur. et insignes dies appa  
ritionis. Generint enim magi ab ori  
ente et sequentes noui sideris ducatum  
ingrediuntur uile tugurium. Inueniunt  
inuolutum pannis infantulum. et pro

.Lxxij.

cidentes uenerantur ut regem . adorant  
ut deum . offerentes ei innumerā aurum  
thus et murram . **I** Nec scripta sunt nobis  
hee docent nos qd' xp̄o offere debemus  
tria . hoc est pro primo . aurum interne  
caritatis . pro secundo thus devote orō  
nis . pro tertio murram proprie mortifi  
cationis . **Q**uantum ad primum debet  
aurum nr̄e interne caritatis iugulum  
esse et probatum . **J**uxta illud psalmiste  
**C**oncaluit cor meum intra me . et in me  
ditatione mea excederet ignis ut feruē  
tes simus ad gratiarum actiones pro  
beneficijs acceperis . **Q**uantum ad secun  
dum . debet thus nr̄e devote orōnis esse  
sicut lilia que sunt in transitu aquae . **E**t  
quasi thus redolens in diebus elatiss  
**I**n quo signatur . qd' dies nr̄i delent eē  
in candore puritatis . in ardore carita  
tis et in diueritate perseverantie fina

lis. psalmista. **M**elior est dies una in atris  
uis super milia cum sic pure et munde ui-  
uius. **Q**uantum uero ad tertium dicit  
fasciculus mirre inter ubera nostra commo-  
rari. **M**irra proprie significat mortificatio-  
nem a carnalibus desideriis intiorum.  
**C**orpus enim humanum est sicut almissus  
qui impinguatus recalcitrat. dure uero  
fultentatus patienter onera portat. **C**or-  
pus est sicut pravis scolaris qui semper  
vacationes querit et lectiones tam or-  
dinarias quam cursorias audire ne-  
gligit. **E**t ideo ad perfectionem scientie  
nequaquam pertingit. **O**fferamus ergo  
puero ihu aurum puritatis et innocen-  
cie. **T**hus humilitatis et obedientie. **A**c-  
murram castitatis et continentie. **H**ec  
munera gratissima sunt deo. hoc aug-  
crescit in terra eulath. que interpre-  
tatur dolens quia innocentia consenu-

•lxixij.

ri non potest nisi mens summe doleat  
qd' unqñm aliqua inordinata concupis-  
centia ipam contaminat. **O**fferamus  
secundo pueru ihu gratutum munus  
thus humilitatis et obedientie. **A**lten-  
de iuritatem thuris restringit enim flu-  
xum capit. **P**ic eque humili obedi-  
entia restringit fluxum proprie uolum-  
tatis ut uoluntas contra diuinum pre-  
ceptum nunqñ effrenate moueatur  
sed semper ad obseruantiam consilio  
et diuinorum monitionum deled tabi-  
litee inclinetur non solum in seipso  
sed etiam in omnibus alijs potentis.  
**O**fferamus tertio pueru ihu gratutum  
munus mirram castitatis et continen-  
tie. **F**ram per hec homo uitam terre-  
nam abicit et celestem affinuit. **I**nde  
sicut celum continue mouetur circa  
terram et tamen nunqñ terram con-


tingit. **H**ic mentes calte et continentis  
licet circa carnem uersentur et terrena  
quantum ad humilitatem et necessari-  
am uite sustentationem. Carnem tamē  
et terrena nunquin delent contingere pr-  
consensum et delectationem. ut sic non  
in terra sed in celo. non in carne sed in  
spiritu moueri uideantur. **T**unc uera  
eiter dicere possunt cum aplo ad phil.  
3. **F**rolstra conuersatio in celis est. **V**e-  
remur ergo in pueru ihū ueram dignita-  
tem diuinitatis que est ab omnibus ne-  
neranda tanquin principium nostre creatio-  
nis tanquin medium nostre saluationis  
et tanquin finis nostre beatificationis. **C**et  
hoc totum offeramus xpo domino. **C**et  
si exterius numeru offerenda non habemus  
multo tamen gratiora intra nos in tempore  
inuenimus que in ara laudis dei mi-  
mponamus. **Q**uia qui nostra datione no-

.lxxvij.

pascitur oblatione cordis melius placatur  
Cui laus honor et gloria in secula semper  
terna a m e n  
Alia collatiuncula infra octauas  
Epiphanie de tribus substantialibus  
religiosorum . . . . .

**T**ria sunt munera preciosa que  
offerre habetis puerulo ihū. Ca  
rissimi filii et fratres aurum o  
thus et murram mystica mune  
ra. hoc est. pro auro uoluntariam pauper  
tatem pro thure castimonie redolentiam  
Et pro mirra obedientiam de bono usq; ad  
mortem. **E**st autem uera et perfecta o  
paupertas omnia propter deum sponte  
et libenter dimutere. **N**ihil preter solam  
necessitatem possidere. **C**a deiuq; necessi  
tate indignum se sentire. **E**t ipsa necel  
litate propter deum sepe carere gaude  
rent. **I**sbi enim non est plena necessitas

ibi precepidi non potest uera paupertas.  
**H**is bene consideratis digna est amari  
paupertas talismodi. Consistit enim  
summa euangelice perfectionis in excel-  
lentia huiusce paupertatis ita qd sine  
ea nullus potest esse perfectus. teste do-  
mino qui dicit. **S**i uis perfectus esse  
uende omnia rc. **I**nnde hoc aduentus  
beatus Ieronimus pretulit paupertati  
christi diuitias Ercsi. **E**t beatus Bern  
super illud euangelicum Beati pauper-  
es spiritu. quoniam iporum est regnum  
celorum sic dicit. **C**unc his opibus  
cumq; thesauris. ditor est ipa pam-  
pertas qua inimicorum regnum celorum  
emittitur et diuina gratia acquiritur.  
**A**d idem dicit beatus Ambrosius. Qui  
inquit contemplerit secularia Hpe me  
rebitur sempiterna nec potest quisq;  
meritum regni celestis adipisci qui



mundi cupiditate possessus emergendi  
non habet facultatem. **I**n felix ergo est  
ille qui diuini inheret et rebus transito-  
ris que diu cum homine permanere non  
possunt. **F**ram fallaces sunt et se diligen-  
tes decipiunt. **V**ole autem diuine ue-  
re sunt que nos diuites iustitibus fa-  
cunt. de talibus diuini dicit beatus  
Augustinus. **V**ere diuine sunt bona con-  
scientia. iusticia. castitas. misericordia.  
et sobrietas. qui talibus rebus plenus est  
diues erit etiam si de naufragio nudus  
exierit **R**erum tantum de auro uoluntarie  
paupertatis. **D**ecundo debemus offer-  
re puerulo ihu thus castitatis que iuri  
animi est decor. corporis nitor. ornamen-  
tum iustitium. statusq; qualitatis an-  
gelice et imago dei. **I**ta qd' ipa castitas  
tam corpus qm̄ cor hominis habitacu-

lum dei et cristi eius facit et consecrat  
habetq; maxima promissa . primo eua  
sionem Ieheme seu mortis perpetue  
**Iuxta illud Apokā. v.** Qui uicerit non  
ledetur a morte . Item talibus dabitur  
sedere cum deo in throno suo . Apoc. 3.  
Qui uicerit dabo ei sedere mecum in  
throno meo sicut et ego uici et sedi cum  
patre meo in throno eius . Omni ergo  
custodia seruemus cor nřm . qđ domi  
nus semper intuetur . **K**leuemus cum  
moyle manus ad deum . ne nobis in o  
pugna spirituali amalech preualeat  
**D**eopterea dicit saluator luce . 22 . ora  
te ne intretis in temptationem . Refre  
nemus omnes quinq; sensus mōs ab  
illecebris carnis . a vanitatibus cordis  
et malis delectationibus cogitationum  
nřarum . **P**ed potius delectemur in  
deo . quia tunc omnia alia nilescunt

Gustato enim spiritu delipit omnis ca-  
ro. Et hec breuiter sunt die ta de thure  
calitatis. Tertio et ultimo debemus  
offerre puerulo ihū mirram salutaris  
obedientie: que est et esse debet proprie-  
tatem voluntatis subiectio arbitrio superioris  
ad licita et honesta de qua beatissimus  
pater nř Bernhardus dicit. Omnis obe-  
dientes prelatis nřis si uolumus qđ do-  
minus exaudiat preces nřas. Ad idem  
beatus gregorius. Quia quantum obe-  
dimus prelatis nřis et superioribus tan-  
tum obedit deus orationibus nřis. Ipā  
ctenim obedientia inter uirtutes mora-  
les. est maxima uirtutum. quia uirtu-  
tes alias menti inserit et infertas custo-  
dit et uidelicet iure preponitur. iux-  
illud primo Regum. xv. Melior est  
enim obedientia qm̄ iuctime. Ostendit  
ur etiam eius excellentia. prouerb.

xvi. ubi dicitur **M**elior est qui domina-  
tur animo suo. expugnatore urbium.  
**I**deo nihil est angustius homini quam  
propriam uoluntatem frangere. **I**deo  
**i**p̄a obedientia est et dicitur. salis om-  
nium fidelium. genitrix et custos om-  
nium iurutum. celos aperiens. homi-  
de terra eleuans. cohabitatrix angelorum  
et cibus omnium sanctorum. **R**ius ex-  
cellentissime iurutis exemplum habe-  
mus in saluatore nro. **I**. **x**. Qui non uicit  
facere uoluntatem suam. sed eius qui  
misit eum patris. **H**abemus etiam in-  
finita exempla sanctorum patrum  
quorum unum est de illo. qui rigauit  
lignum aridum per tres annos ad um-  
perum abbatis qd' proutulit fructum  
qui sunt vocatus fructus obedientie.  
**F**ree murum quia obedientia que ma-  
ribus debetur deo exhibetur. **V**it ergo

•Lxxvij.

obedientia nostra hilares et simplex sine  
questionibus sine murmurationibus  
et excusationibus. Lenitas in iusti.  
o dulcedo in sermone et uelox in exequen-  
do. moram nesciat. ignoret tarditatem  
**R**ei si peccatores laqueum impomint. si  
malignus spiritus iter impediunt. di-  
cat uiriliter obediens. **P**aratus sum  
et non sum turbatus. **C**onclusio et  
breuiter notandum. **Qd'** ad perfec-  
tio-  
nem religionis ista tria requiruntur. scilicet  
paupertas. Continentia. et Obedientia  
**E**t cadunt sub uoto nec uouisse peniteat  
ymmo gaude. iam tibi non licere. qd'  
cum tuo detrimento licuisse. **F**elix ne-  
cessitas que ad meliora compellit. Ad  
meliora inquam. que nunquam alicuius  
cor comprehendit. nec auris audiunt  
nec lingua expressit. **A**d que nos per-  
ducat. qui in temitate perfecta uiuit

et regnat unus deus per infinita secula  
seculorum , a m e n  
**Alia collatiuncula domini iulitato-**  
**ris diebus septuageline**

**T**e et nos in vineam meam .  
Hoc tempus septuageline Ca-  
rissimi duo maxima mundi  
scenata indicat . uidel' origi-  
nis eius a principio . et regressus in-  
finem . Primum in eo . qd' deus celum  
et terram creavit . Spiritus quoq; eius  
a confusa orbis materia rerum formas  
et spates ac operatum in dies septem dis-  
tinxit . Secundum in eo . qd' deus pe-  
sacrum euangelium nobis sub metra-  
phora patrifamilias introducitur . Ipsi-  
mo mane operarios in vineam suam  
conducens et deniq; ad mercedem  
circa horam diei ultimam eos vocans  
**In primo scemate depingitur rerum**

.Lxxvij.

principium . creatio noua mundi . uincens  
terra . et pulcherrimus eius ornatus  
**A**n secundo uero per euangelistam . que  
dam uinea cum labore nimio excolenda  
nobis proponitur . **I**lluc homo ad paradi  
sum uoluptatis creatus ducebatur . hic  
autem oculos homo dure arguitur  
**I**lluc die septimo creator quievit ab opere  
hic autem circa horam diei ultimam ope  
raris uocatur pro mercede . **O** qm̄ mag  
nifica sunt opera tua domine . numis pro  
funde facile sunt cogitationes tue . **H**ec  
uinea carissimi . est sacra scriptura cuius  
uinum tanto inebriat sapore qd' omnia  
terre nascientia . omnia dulcia . et omnes  
corporales delicias despiceret facit . **H**ec  
uinea non de nature semibus ortum  
habunt neq; in his regionibus radices  
sumpliit . sed de supernis uenit radices  
in celo fixas tenens **S**et in terris cultura

hominiū plantata frondescit. floret.  
et germinat. Ad splendoribus namq; o  
fanci torum deruitur. Ad quam exco  
leidam expressa uocatione conducunt  
diceute uobis domino. Hie et uos in ui  
nem meam. Hos scil' qui hic statis to  
ta die ociosi. Quippe hoc uerbum Hie  
instantiam et sollicitudinem uocationis  
me ad animos reducere. et ad laborem  
continuum nos sollicitare debet. nec  
unquam nos pati uel in cubili uel in men  
sa quietos. Non enim sine causa sum  
mus paterfamilias arguit in hora un  
decima stantes et otiosos. Illud gen  
hominiū representantes qui carnis  
desiderijs et uoluptatibus irretiti re  
nes ad laborem fletere nequeunt.  
Sicil operantur. nullum scripture ha  
bent exercitium. et uelud statue di  
missas manus tenentes in religione

.lxxix.

90

Sacra per totam diem usq; ad horam  
undecimam stant oculosi. **H**eatis enim  
carissimi. Qd' otium a maioribus nris  
omnium uitiorum sentina reputatum  
est. Nam otium bonis omnibus deni  
dat hominem. et temptationum cogita  
tionumq; illecebris iudicium exponit. e  
**N**orro otium ex carnis pondere uenit  
Cā que carnis sunt tantū mō cogitat.  
**I**lla concupiscit. in his solum gaudet  
Et tunc in carne feda scaturit peuria  
et ex peuri gne spureissimum nascitur  
otium qd' homines taliter eneruat ui  
resq; subtrahit ut quasi liturgico mor  
bo sopiti obliuiscantur sui et ad bestia  
litatem redacti tanq;̄m porci fetidissimi  
in omni sceno prouoluuntur. **O**mnes  
tales miser et ad extremum perditū o  
cum proiciuntur in tenebras exterioreg.  
**H**ec ninea de qua hucusq; locuti sum?

a nobis excolenda requiritur. Quia  
beatus vir qui in lege domini meditat  
die ac nocte. Numus ergo amatores  
sacrae scripture. Numus factores verbi  
dei non auditores tantum. Quia ex eo  
instruemur facere digneos fructus pe-  
nitentie. Prestante domino nostro ihu  
xpo qui cum patre et spiritu sancto fo-  
mit et regnat.

**L**ollatiuncula domini uestitatoris  
contra multalem prelatum


**O**feremur bonum ad omnes.  
ad galath. vi. Carissimi. Si  
amamus istam fluidam mi-  
sericordiam. utam ubi cum tan-  
to labore nivis. et uix currendo.  
satagendo. sudando. suspirando. necel-  
lariis corporis sausacumus. quoniam  
gis debemus uitam eternam amando  
desiderare. ubi nullum laborem sul-

tinebimus. ubi semper summa securitas  
summa felicitas et felix beatitudo ubi  
illud adimplebitur. qd' dominus dixit  
in euangelio. Erunt homines similes  
angelis dei. Sed quia in alio loco dicit.  
**I**n omnis qui dicit mihi domine do  
mune intrabit in regnum celorum sed  
qui fecerit. uoluntatem patris mei. **M**ath.  
.vii. Quam igitur abominabile et qm̄  
detestabile sit otium. et qm̄ flagitiolum  
in uiris ecclasticis. et maxime in prelatis  
enarrare hanc facile dixerim. **M**iseri  
utiq̄ sunt et ad extremum perditū de  
labore conueniunt. et ad laborem se ob  
ligant. ut impensius uoluptati et otio  
uacent. **A**n patrem familias decipere pu  
tant. **A**n se unqm̄ conventionis sue ra  
tionem reddituros credunt. **N**onne  
sanis est seip̄os perdere. nisi etiam alios  
ad perditionem trahant. **N**onne sanis

**S**unt sibi se esse inutiles nisi cuiusdam ope-  
rari locum in iuncta domini occupantes  
alii nocui fiant. Nonne sufficit eis  
proprium conscientie agrum, sentibus  
et spiritis appletum tenere nisi iunctam  
domini quantum in eis est in cultam  
reddant. Tollerabiles quidem essent  
si dum operari nequeunt nec volunt  
saltus ut effigies hominum laxitate in  
iunctis affixe, aves celi, depascentes sua  
umbra profugarent. Sed quid. Neq;  
labrant ut iunicole, nec teras terrent  
ut formidines laxitate inertia, et malo  
exemplo rapacissimas agri bestias alluci-  
unt, et ad demolientiam iunctam prouo-  
cant aut saltum dant locum. Ideo tanq;  
otiosi et inutiles amouendi sunt iuxta  
illud Tollite ab eo talentum &c.

**.xxi.**

92



.xcij.


93

1870

.xcvij.

94

1127.




.xciiij.

95

• 1137 •

•xcv.

96



## Sermo in iustitatione

**A**scenditibus eorum cognoscetis eos.  
Math. 1. Reuerendi patres ac  
domini. Quantum actus iusti-  
tationis ualeat cum diligenter  
et sollicitate secundum formam a patribus  
traditam exercetur. Job. 1. ostenditur ubi  
sic habes. Iustitio tua custodiuat spiritum  
meum. Et licet plures sint species iustita-  
tionis secundum quas iustitantur homines  
aliqui enim a deo probantur. Aliqui ab  
amico persuasione. Aliqui a diabolo tempta-  
tione. Aliquando a mundo deceptione. Aliqui  
a carne allectu. Nos tamen de punita  
uia respicit. scilicet iustitio ab amico per  
suasione. qui amicus est dominus iustita-  
tor missus numerum a deo qui prior ipse  
orient ex alto nos iustitauit. et omnibus  
prelatis et pastoribus officium iustitan-  
di comisit dicens. unicuique quod habet.

in gen. 31. capitulo. **C**en mittam te  
ad fratres tuos. de quibus dicendum pro  
gratia dicamus. **A**ve maria. **re**

**F**ructibus eorum cognoscens eos. loco  
et capitulo preallegato. **F**los experientia  
magna cotidie discernit. **L**ignum ager da-  
re fructum suum. **P**ie tamen qd quilib;  
fructus trahit ad se. aut dulcem aut  
amarum conditionem stupitis. in quo ra-  
dicatur. de primo Cān 12. 1. fructus  
eius dulces gutturi meo. de secundo  
**P**atientie. 1. Fructus eorum inutiles  
et acerbi ad manducandum. **V**imile  
huic in orto sacre religionis repperitur  
ubi fructus bonus et fructus malus  
ex radice cordis humani pullulare et  
succrescere indeſumente non cessat. Qui  
dam fructificant operibus fructuolis  
ut de quolib; eorum dicatur. **I**llud eze-  
chielis. 19. Fructus eius et frondes eō

creuerunt ex aquis multis. **X**x aquis  
multis illarum utiq; dimidium gratia  
tum a mortibus eternis decurrentium  
in cor eiuslibet deuoti et religiosi mri  
qui est tanq; ortus iugur et grano  
sus plantans mixta decuntus aquarum  
qui dabit fructum suum in tempore suo.  
**E**t talibus dicit aplis ad Romanos. 6<sup>o</sup>:  
Liberati a peccato. serui autem facti deo  
habent fructum uirum in sanctificatione.  
fruem vero uitam eternam. **Q**uidam  
vero aliq; in orto sacre religionis sunt con  
stituti qui non habent humorum diuine  
gratiae propter eorum negligentiam.  
quorum cor radicatum est. in peccatorum  
amaritudine. hi remanent sicceti et aridi  
non possunt facere fructum in sanctifi  
catione. quia radix eorum exsiccata  
est. fructum non fatuant nisi malum.  
**E**rgo patres uisitatores quib; incuinbit

.11153.

uitam subditorum diligenter inspicere  
ut mores eorum ualeant inuestigare  
et fructus cognoscere. optime quid et  
quomodo agendum sit docentur cum di-  
citur. **A** fructibus eorum cognoscetis  
eos. Que fuerunt uerba thematis. In  
quibus breviter duo sunt notanda.  
**P**rimo uisitandorum qualitas in fruc-  
tuum uarietate. cum dicitur a fructibus  
eorum. **S**ecundo uisitatoris auctori-  
tas. in cognitionis ueritate. cum dicit  
cognoscetis eos. **D**ixi primo. Qd' in  
uerbis thematis notatur uisitando  
qualitas in fructuum uarietate. fruc-  
tus enim devotionis honestatis. et de-  
centie querendus est in conuentualib;  
fructus fidelitatis et prudentie in of-  
ficialibus. fructus maturitatis et reue-  
rentie in senibus. ut nullus fr̄m sit a  
fructu sterilis. sed unicuique iuratum

•xcviii.

99

floribus fructificanti dicat xp̄us. **C**onfessiones tue paradisus malorum pumicorum cum pomorum fructibus. **C**anti.

.4. **P**rimo in Conventualibus querat fructum deuotionis honestatis et decenie, ut in omni loco et tempore, et cum omnibus hominibus disciplinatos ac deuotos se exhibeant. **I**n oratorio matutine. **J**uxta altare reverenter, et iuxta reliquias timorate. **J**uxta illud lemitici, 26.

**P**auete ad sanctuarium meum. **Q**uia una est abusio claustrorum dissolutio in choro, et irreuerentia circa altare. **I**n capitulo ubi est locus correctionis debent se habere patienter. exemplo xp̄i. de q̄ dicit beatissimus pater n̄s bernardus. **S**tent ih̄us ante presidem demissis affectibus, paratus ad obprobria, parati ad uerbera. 26. **I**n ambitu ubi est locum correctionis debent se habere studiose.

rumando legem diuinam. **I**uxta illud  
ps. Attendite popule meus legem meam  
**T**u refectorio ubi est locus refec tions  
delen te habere sobrie et religiose: ut  
secundum doctrinam hugonis ling  
uam a loquendo restrin gant. **P**eculos  
non circumducant super escam et potū  
se non effundant. et sic munde et decen  
ter comedant. ut ceteris ab hominatō  
seu displicentiam in aliquo non faciant  
**T**u dormitorio ubi est locus quietis et  
soporis alios non inquietent. sed in tu  
more dei requiescentes dicant. **E**go  
dormio et cor meum uigilat. **C**anticorē  
q. de his omnibus discipline fric libus  
inquirat uisitator. uideat et uidetur.  
quomō in paradi so claustral is congre  
gationis plantentur. de quibus in  
ep̄la quadam beatissimus pater n̄  
**H**enribardus dicit. **C**laustral is paradi

suis ad suauis spirantis austri clementiam  
quasi tot floribus uernat quot iuretibus  
habundat. **P**ecundo dominus uisita-  
tor in Officib; querat fructum fide-  
litatis et prudentie. ut sint fideles in  
commissis ne aliquam fraudem faciant.  
**S**unt etiam prudentes in agendis. ut in  
omnibus sapienter et discrete se agant  
Attendent illud Sapientie. 3. **Q**uia  
honorum laborum gloriolus est fructus.  
ut sint de numero illorum qui non que-  
runt que sua sunt sed que ihu xpī et  
non participant illis in criminie qui pri-  
uatam prououent utilitatem. non com-  
mumem. qui communia ipis commissa sibi  
occulte appropriant. retinent. et occultat  
in suarum dispendum animarum. **H**i  
miles nesperationibus qui in ecclīs ha-  
bitant. non ut deum laudent. sed ut  
oleum eibant lampadarum. **P**ic tales

277.

inter fratres conuerstantur. non ad laudandum deum. sed ad finandum. de quo Job. i. Cum assisterent filii dei coram domino affluit inter eos et sathan idest proprietarius. quia proprietarius est inter bonos claustrales. sicut sathan inter filios dei. **N**unc materiam habes in fine latius et alio modo. **T**ertio dominus uisitator in Senibus querat fructum maturitatis. et reverentie. **V**eniores namque in congregacione exempla sanctitatis et devotionis preferre studeant suis junioribus. **Q**uid enim est senex gravis in moribus. reverendus in aspectu. circumspetius in actione. et modestus in uerbis. quid enim talis est inter fratres nisi quoddam speculum clarum in quo resplendent diuerse manentes sancti titans et est quoddam exemplar lucidum in quo conscripte sunt regule caritatis.

Tales fuerunt patres antiqui qui nobis  
sue sancte conuersationis uestigia reli-  
querunt. de quibus beatus Jeronimus  
in ep̄la ad Hebreorum. Venetius  
eorum qui adolescentiam suam honestis  
artibus instruxerunt et in lege domini  
meditati sunt die ac nocte. etate sit o-  
dōctor. usi certior. processu temporis  
sapientior. et veterū studiorum fruc-  
tus metit dulcissimos. Inter hec uideat  
tamen et uidetur dominus uisitator  
quia inueniet etiam aliquā senes obli-  
natos. malarum consuetudinum de-  
fensores. de quibus loquitur hugo in  
de clauistro anime libro secundo dices  
Inter abusiones huius seculi sola maior  
est senus oblitatio. A fructibus eorum  
cognoscetis eos. Et tantum de primo  
principali. Dixi secundo. Qd' in  
verbis thematis notatur uisitatoris

ancoritas. in coquitione ueritatis  
propter qd' ipi uisitatores radiare de-  
tent doctrinis luminosis. Et quimus  
quilibet prelatus habere debet multipli-  
cem cognitionem. temporalium et spi-  
ritualium. ut temporalia sciat discrete  
dispensare. et spiritualibus studijs sub-  
ditorum animas ad meliora prouehe-  
re. laplos erigere. stantes solidare. ve-  
missos et negligentes excitare. ut sciat  
inter lepram et lepram. sanctum et  
prophanum discernere. que omnia  
ad discretam cognitionem boni prelati  
requiruntur. Tamen quantum suffi-  
cit ad propositum duplex cognitio cui-  
libet prelato est necessaria. Primo  
ut habeat cognitionem infirmitatis  
proprie. Secundo ut habeat cognitio-  
nem necessitatis alienae. Ex prima  
cognitione oritur timor dei et uera

cordis humilitas que sunt uirtutes  
ualde necessarie cuilibet prelato. Nam  
per timorem dei declinat a male. per  
humilitatem uero solidatur in bono  
quibus ad regendum alios dignus ef-  
ficitur et habilis. Talis itaq; doc tor  
uel prelatus ex humiliatione cognos-  
cens seipsum componit uitam. corre-  
git mores. dolet de commissis preteri-  
tis. et sollicitum se reddit de futuris  
uindicta enim carius impy. ignis et  
uermis qui euismodi est. hic talis iux-  
dictum beatissimi patris nři Bernhar-  
di. pascit gregem sibi cōmissum ex  
emplo conuerlationis. uerbo predica-  
tionis. et fructu orationis.

**S**ecundo dominus uisitator in  
officinalibus querat fructum fidelita-  
tis et prudentie. ut sint fideles in  
commissis. ne aliquam fraudem fa-

tiant. Vint etiam prudentes in agen-  
do ut in omnibus sapienter et discrete  
se agant. attendentes illud Sapientie  
3. Quia bonorum laborum gloriosus  
est fructus. Ipsi enim dici possunt pre-  
les arietum que tegunt tabernaculum  
testimonij ymbrem et Solem recipien-  
tes. et que intra tabernaculum sunt  
illesa seruantes. Ipsi enim dici possunt  
columpne et bales. tabernaculum et  
mensas sustentantes ut decor domus  
in spiritualibus et temporalibz possit  
perseuerare. Nemo ergo officialium  
negligat pondus sibi superpositum sus-  
tentare sed magis ipi studeant ut in  
posterioribus ad instar throni Salemo-  
ni rotundi inueniantur. Qd enim  
ut rotundum sit. sic expositur ut in eo  
asperum uel angulosum nil relinquat.  
**A**bsit in officialibus vacundie asperi-


tas. absit singularitatis angulositas  
Hunt autem ex omni parte rotundi ut  
in cina monasterij sui nil proprii quest?  
intendant. sed simplici caritatis inten-  
tione ad communem utilitatem fratreum  
se ipos impendant. ne inter illos depu-  
tentur. quos aplis dolet querere que  
sua sunt non que ihu xpi. ymmo quos  
conqueritur non in rotundum explana-  
ti sed in angulum duplicari. proprietas  
enim singularitatem habet. ubi autem  
singularitas ibi angulus. Et ubi angu-  
lus ibi tenebre. ubi uero tenebre ibi  
feces ibi et fetor. qui tales quiq. setere  
fatunt odorem nem corum pharaone  
et seruis eius. Nam cum inordinati  
officialium mores a seculi hominibz  
ualte reprehenduntur. Porrum iunctio  
nre religionis estimatio grauitur. O  
qm gratam in rotunditatem exploit?

fuerat aplūs qui ad imitationem suu ce-  
teros inuitans dicebat. **S**ine offendic  
estote iudeis et grecis et ecclie crista.  
sicut et ego per omnia omnibus placebo  
non querens qd' mihi utile est. sed qd'  
multis ut salui fiant. **E**x quo datur in-  
telligi. q. caritas cōmunitatem facit.  
ubi autem cōmunitas ibi rotunditas  
**C**t ubi rotunditas ibi lux. ubi uero lux  
ibi sinceritas. Et exinde fragrans bone  
opinoris suauitas. **G**nde aplūs offi-  
tiales hortatur dicens. **V**idete quoniam  
caute ambuletis non ut insipientes.  
sed ut sapientes. *rc'*

*sermo in imitatione*

**C**l*ideat dominus et indicet.*  
. 1<sup>o</sup> paralipp. 12<sup>o</sup>. Reuerendi  
patres ac domini. Cum se-  
cundum ueteris ac noui testamenti  
monita. humiles nos esse oporteat

mites. castos. modestos. misericordes.  
patientes. deum et hominem diligentes  
**C**it omnis inimicita aut auaritia nec  
nominari in nobis debet sicut decet  
sanctos. uolunt nos deus tanquam anima  
lia munda habere pauperes. qui nos ad  
bonae conuersationis normam et ad uir  
tutum fastigia sublimarent. **Q**omodo  
ut quotiens nos somno torporis et ne  
gligentie opprimi cœuerent protinus  
excitarent et ad modum leonis triplice  
super nos rugitum emitterent. rugitum  
comitantis infernum. rugitum com  
patientis et plangentis peccatum. et  
rugitum imitantis ad regnum. ut hoc  
salubri clamore quisque a peccato et  
somno negligentie sue exutatus surgat  
melioratus. **R**ixta illud apli. **P**urge  
qui dormis et exurge a mortuis et il  
luminabit te xp̄s. **N**eumū rugitus



**J**ohannes baptista habebat qn uides  
dicebat. **C**enim in uipercatum quis  
ostendit uobis fugere a uentura ua.  
**S**ecundum rugitum apls habebat qn  
corinth dicebat. **T**unc ne forte cum  
uenero non quales uolo uiueniam uos  
ut humiliet me deus apud uos et luge-  
am multos ex his qui ante peccauerunt  
et penitentiam non egerunt. **N**on enim  
sufficit mala deserere. nisi studeamus  
perpetrata peccata per penitentiam de-  
lere. **R**ectum rugitum idem apls ha-  
bebait quando dicebat. **N**on sunt con-  
digne passiones huius temporis ad futu-  
ram gloriam que reuelabitur in nobis  
**R**u hunc ergo modum rugiat prelatus  
frequenter ut subditos terreat quia ubi  
terror ibi salus de quibus dicendum  
pro gratia dicamus. **A**ve maria rc.  
**C**uideat dominus et iudicet. loco et

capitulo preallegatis. Reuerendi patres  
ac domini. **N**icet per peccatum huma-  
ne originis. **P**ena uenisset sec-  
ututis. alios tamen seruos. et alios  
dominos non esse uolunt omnipotens. ut  
potestate dominantium et metu. qd' ali-  
qni a subditis male ac fumi exurgete re-  
stringatur. **F**ram si omnes sine metu  
essent quis a malis quempiam colberet.  
**M**elior ergo est subiecta seruitus qm  
elata libertas. **K**a propter patres antiqui  
suis subditis salubriter prouidere cupi-  
entes. statuendo sanxerunt. ut patres  
abbates oportuniis temporibus suos quos  
in xp̄o genuissent filios. uisitarent. **I**git<sup>2</sup>  
primordialis lex cuiuslibet patris uita-  
toris normam ueri iudicis tenentis.  
fore debet ut ip̄e uitam et actus singu-  
lorum uisitandorum diligenter inqui-  
rat. **I**nquisita prudenter discutiat. dis-

1112.

cussa decenter ordinet. ordinata regula  
riter tecminet et terminata laudabiliter  
approbet. Ad que fatienda domi  
nus iustitior in se habere debet  
prudentiam ne decipiatur. Justiciam  
ne corrumptatur. fortitudinem ne terre  
atur. atq; clementiam ne ua accendat.  
**R**egale enim opus est sapere et diuidi  
care. ut ait **T**ulius. Ideo ipi patri do  
mino iustitiori in presentiarum dicit  
Gideat dominus et iudicet. qd' fuit the  
ma. Circa hec uerba thematis. duo  
consideranda occurunt. Primum ac  
tus iustitioris grandis quantum ad  
prelatos et officiales. Secundum. actus  
reformationis multiplex quantum ad  
subditos et conuentiales. Dixi ergo  
primo. Qd' circa uerba thematis con  
siderandum occurrit ac tus iustitio  
ris grandis quantum ad prelatos et

officiales. Et hoc nouem modis. **I**n primo  
videat dominus iustitator et iudicet. An  
prelati ordinis nři per ostium intraue-  
runt ad dignitates suas. uel aliunde.

**A**d quod ostium prelature et dignita-  
tis gradium intrant prelati et ascendunt  
comuniter propter tria. hoc est. ad diui-  
num amorem ad ecclasticum laborem  
et propter mundanum honorem. **O**rdo  
ad diuinum amorem et istud ostium  
est gloriosum quantum ad dignos. de-  
hoc introitu dicitur de sancto Johanne  
discipulis ille erat notus pontifici et  
intravit cum ihu. petrus autem stabat  
ad ostium foras. **I**lle cum ihu intrat  
qui salutem subditorum intendit. **P**e-  
cundo intrant prelati et ascendunt gra-  
dum dignitatis ad ecclasticum labo-  
rem qui prelatum penitus occupare  
debet. **R**et ideo tale ostium est penorum

183

et fugale quantum ad deuotos. secunda ad Corinth. 2. Cum uenissem aperte euangelium Christi et ostium apertum esset in domo non habui requiem spiritu meo. Tertio intrant prelati et ascendunt gradum dignitatis sue propter mundanum honorem. Ideo tale ostium est damnosum et periculosum quantum ad incertos. i. ad Corinth. Hostium mihi apertum est magnum. et aduersarii multi. Secundo uideat dominus uisitator et iudicet. An prelati ordinis nostri ad honorem abbatialis dignitatis vocati sunt a deo tanquam aaron. An tuba utantur. turibulo et uirga ad instar aaron. hoc est. An habeant eloquentiam predicationis ad fidem. et bonam operationem prouocando subditos. An etiam habeant feruorem deuotionis quo pro delictis eorundem

subditorum apud deum ualeant esse  
criter interpellare. postremo an habeat  
uirgam qua resistentes et negligentes  
sciant et audient increpare et castiga-  
re. **I**sta tria per tubam. turibulum et  
uirgam Aaron intelliguntur. et per  
dominum uilitatorem inuestigari de-  
bet diligenter. **T**ertio uideat dominus  
uilitator et iudicet. **A**n prelati ordinis  
nisi naturam leonis imitantur. quem  
admodum debent. **P**icut enim leo  
fortissimus bestiarum ad nullius pa-  
uet occursum. **P**ic illi parati esse de-  
bet. importunus potestatibus resistere  
**E**t si occasio datut etiam pro iusticia  
et Oribus sibi creditis animas pone-  
re. **J**ustus namq; ait scriptura quasi leo  
confidens absq; terrore erit. **F**ertur  
et alia esse natura leonis. **R**am cum  
ua stimulante hominem ledere mo-

littere. supplici uenia delimitur. qd' pre-  
lati facere debent. **Cum** enim aliquis  
subditorum insolens et temerarius exti-  
terit. **E**t qd' manus est prelato suo ini-  
riam urogauerit. et postmodum se-  
emendabilem penitendo reddiderit.  
non detet pater in filium manum ex-  
tentam et brachium vibratum habere  
sed flexibilis et patiens pia relaxatione  
indulgere sicut scriptum est. **V**ir benig-  
nus etiam si iniuriam patitur. pro  
nihilo ducit. **Q**uarto iudeat dominus  
uifitator et iudicet. quis sit affectus  
pastoralis prelatorum in ordine nro  
sacerdo. quia bonus et utilis pastor uo-  
lens fructuose pascere gregem domini  
**I**nter multa que ad eum pertinent. pre-  
cipue detet esse excellentis et eminentis  
uite. **Q**uia secundum beatum Gregorium  
in pastorali. **T**antum debet excedere

actio prelani actionem populi. quantum  
solet distare a grege iusta pastoris. o  
Constat autem quod pastor iusta iusta  
intellectua et humana. et greci solum  
iusta brutali seu sensuali. unde non  
sufficit quod pastor animarum solum  
doceat pietatem. mansuetudinem. cal-  
titatem per exempla aliorum sanctorum  
sed potius in sua iusta debet dare uirtu-  
tum exempla. unde beatissimus pater  
noster Bernhardus super cantica sermone  
.11. Boni solliciti que pastores impingua-  
re pecus non cessant bonis elec- hisque ex  
emplis. et sius magis quam alienis. Nam  
si alienus et non sius ignominia est  
illis. et pecus ita non proficit. Si n.  
uerbi causa. ego qui uideor inter uos  
pastoris gerere curam uobis apostole  
ro moysi mansuetudinem. Patienti-  
am Job. misericordiam Danielis

.172.7.

sanctitatem dñi. et si qua sunt eius  
modi exempla. honorum immunitis ipse  
et impatiens atq; immisericors et mi-  
nume sanctus. sermo ut mihi uideor  
minus utilis uobis ex nobis est. **H**ec  
**B**ernardus beatissimus pater noster  
**Q**uinto uideat dominus uisitator et  
uideat. **Q**uia prelatus quilibet ordinis  
nři debet esse sapientie lumine illustra-  
tus. pietatis munere inflammatus. mo-  
rum proslapia uenustatus. **P**rimo sit  
sapientie lumine illustratus qua dirigatur  
debet in agendis. ut presentia ordinate  
disponat. et futurorum periculum pre-  
caueat. **H**ec ipam sit constans in fac-  
tis. promptus in responsis. fortis in ad-  
uersis. **V**nde Ambrosius. Sapientis no-  
metu frangitur. non potestate mutatur  
non extollitur prosperis trifibus non  
irritatur. **S**ecundo prelatus debet esse

pietatis munere inflammatus. **Vnde** a  
genesis. 21°. Ecce odor filii mei sicut odor  
aqua pleni. **O**dor uidelicet pietatis hic odor  
suauissimus est in prelato. quoniam ipm  
odorem dona gratiuta et gratis data  
in prelato subsequuntur scilicet benedictio  
gratiae celestis. **E**t rerum habundantia  
temporalium. **Vnde** Ambrosius de pie  
tate. **P**ietas est fundamentum omnium  
virtutum. **P**ietas amica est deo. **J**ustorum  
tribunal. **E**ugenorum portus. misericordie  
suffragium. indulgentia peccatorum  
**T**erto prelatus daret esse morum ue  
nustate decoratus. **Vnde** gregorius.  
**R**ector sit semper cogitatione mundus  
quatenus nulla cum immunditia pol  
luat. quia hoc quoque suscepit offitium  
ut in alienis cordibus pollutionis ma  
culas deterget. **E**xto iudeat dominus  
iudicator et iudicet. **Q**uia prelatus

quilibet sacri nři ordinis esse delet si  
delis. mansuetus. et sanctus. de primo  
dicitur Math. 24. Quis putas est  
fidelis seruus rē de secundo fliae. 16.  
**R**emitte agnum domine dominatorem  
terre. agnum pecyt in dominum. nō  
leonem. non lupum. de tertio ad heb.  
1. Talis decebat ut ēt nobis pontifex  
sanctus et iustus. Fides est lumen ra-  
tionis. mansuetudo temperamentum.  
uascibilis. sanctitas ornementum  
concupiscibilis. Et certe prelatum  
decet ēt luminosum in predicationē  
temperatum in correptione ornatum  
uirtutibus in conseruatione. de priō  
Math. 4. Vos etsis lux mundi. de  
secundo ad galath. 6. Corripite  
huiusmodi in spiritu lenitatis. de  
tertio ecclīastici. 40. Quasi uas an-  
ti solidum ornatum omni lapide

.cix.

110

preiolo. **P**reptimo uideat dominus  
uisitator et indicet. **Q**uia quilibet  
prelatus etiam ēē debet mundus affec-  
tione. pius compassione. **S**ustus actio-  
ne. et altius contemplatione. **D**rumo  
mundus ēē debet affectione tam car-  
nali qm̄ spirituali. **R**ecialiſtici. 4. 4.  
**I**n fide et lenitate ipius sanctum fecit  
illum. **E**t hanc munditiam affectionis  
et cogitationis designandam Iacob  
in p̄eſtore erat rationale induitus. uit-  
is astricium ut cor non efflueret ua-  
na cogitatione. sed conſtringeretur  
ſola ratione. **P**ecundo prelatus pius  
eſſe debet compassionē. ad Colocen. 3.  
**I**nduite uos ſicut electi dei. sancti et  
dilecti uifera misericordie. benignita-  
tem. patientiam et humilitatem. sup-  
portantes uiuicem. **E**t pouſſumum pi-  
ēē debet circa infirmos. **V**nde domi?

non Iohannem sed petrum constituit  
principem aplorum ut qui infirmus  
fuerat alys fieret firmamentum ut  
manifestaret qd' accepit spiritum e  
sanctum in columbe specie scil' pacis  
et amicitie. Hapien. fideles in dilec  
tione acquiescent illi. Tales enim de  
bent se subditis exhibere. ut possint eis  
securi sua occulta prodere. et sicut  
parvuli ad simum matris recurrere.  
**Ecclesiastici.** 33. In multitudine electo  
rum habebit laudem. Tertio prelatus  
debet esse iustus actione. **Ioh.** 14.  
**Ego** uos elegi ut eatis uisitando cor  
rigendo. et fructum afferando predi  
cando et alios conuertendo. et fructu  
m maneat. uirtutes et mores bonos  
plantando. errores et scandala extir  
pando. Et qd' ali plantauerunt ipse  
per pusillanimitatem non destruat

sed promoneat. psalmista. **N**osiu ad  
mutorum re super potentem dicit. Ecce  
rigor iusticie. **Q**uarto prelatus altus  
ee debet contemplatione **Canticorum**  
. A. **P**peties eius ut libani electus ut  
cedri. libanus dicitur candidatio et  
est mons altus. **C**edrus odore dicitur  
fugare serpentes. quia prelatus debet  
ee eleuatus per contemplationem et  
fraglare per deuotionem. **H**unc moy  
ses cum domino in monte per contem  
plationem capitur. foris negotijs populi  
vegetur. **I**ntus archana relatait foris  
onera populi portat. **H**unc dominus  
in nocte in oratione pernoctat. et in  
die urbibus miracula perpetravit. **O**c  
tauo uideat dominus iustitior et uidi  
cet. **Q**uia sunt multi prelati uel uisi  
tatores qui nimis affectant boni et  
uites ab hominibus uideri. et in op

monc boni nominis delecerari. Ita qd'  
etiam contra conscientiam suam et sua  
vniu' animarum maximum periculum.  
quoscumq; rebelles inobedientes et mul-  
ta criminia cōmitentes. nūcinq; uel ra-  
tissime nec uerbis nec penis dure ac  
seuere prout eorum requirunt excessus  
corripiunt et castigant. Timent namq;  
tales prelati qd' si hoc facerent amplius  
boni uiri non appellarentur ab hominib;  
De talibus dicit propheta dauid. Qm  
hominibus placent. confusi sunt quo-  
niam deus spreuit eos. Et sic isti tales  
conscientiam suam que eis dicunt uel  
dic tare debet. ut corripiant et castigent.  
Inquietos et transgredidores eligunt  
magis conscientiam perdere qm bona  
famam. Vnde Seneca ep̄la .82.  
Nemo uidetur mihi plus uirtutem  
estimare. Nemo magis illi deuotus

ee potest. qm̄ qui boni iuri famam per-  
didit ne conscientiam perderet. **N**o  
no uideat dominus uisitator et iudicet  
offitiales querendo fructum fidelitatis  
et pridentie quomō fideles sunt in com-  
missis ne aliquam fraudem faciant. o  
quomō etiam prudentes sunt in agendis re-  
quere supra revoluendo folia. **E**t tan-  
tum de primo principali. **S**econdo  
dixi. Qd' circa uerba thematis confide-  
randum occurrit actus reformationis  
multiplex quantum ad subditos prela-  
torum et Conuentuales. **E**t hoc qua-  
tuor modis. **D**rimo igitur uideat do-  
minus uisitator et iudicet. **H**e sunt in  
religione nra qui obedire prepositis  
sunt negligant. et secundu magis eligat  
iudicium cordis sui. in sensu suo plu-  
rimum habundantes. hy timere habet  
ne incident in laqueos diaboli oculi

tos quos laqueos aplūs ostendit dicens  
Qui uolunt uiquit diuites fieri in hoc  
seculo incident in temptationem et in  
laqueum diaboli. heu qm̄ multos in  
uenimus etiam in religione qui ab hoc  
laqueo uidentur diuersimode ēē irre  
titi. nihil timentes. Quibus beatissi  
mus pater n̄ Bernhardus. O homo  
laqueum non times. tunc uel malleum  
time tibi a uerbo aspero. hoc est ab illo  
insatiabili Ieheune. Affer. affer. peren  
te. dilaceta. cito interfice. uelociter  
spolia. detrahe. Ergo qui uolunt libe  
rari ab hoc uerbo aspero. et audire no  
lunt in extremis suis etiam illud uer  
bum amarum. Tollatur unpius ne  
uideat gloriam dei. Obedientiam suis  
prepositis exhibere studeant uidesmen  
ter secundum qd̄ docet aplūs petrus  
dicens. Obedite prepositis uris qm̄az

**CXII.**

143

ip̄i perunglant tanq̄m rationem reddi  
turi pro animabus ueis. **H**ecundo ui-  
deat dominus iustitor et iudicet. **V**i-  
dimus enim quosdam religiosos tam  
aude lucra captare presentia tam secul-  
laruer transitoris utilitatibus ad gau-  
dere ad terrenarum damna tam pusila  
nuniter conturbari tam carnaliter su-  
per his decertare discurrere tam impu-  
denter tam irreligiose secularibus sese  
negotius implicare. ac si hoc eēt coruin-  
toca portio hoc uniuersa substantia at  
tentius sane agricola pauperem excusat  
fundum sed cui forte nulla amplior  
sit. preciosior ne possello. **B**uccellam  
panis in fumū suo abscondit mendicus.  
